# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 273

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 171.



4.

Evangelia idiomate Bohemico.

Evangelia idiomate Bohemico. 144ª–153ª

Reg...

## Cod. CCLXXIII.

Membran: Fol: min: Sec: 14 & 15.

B 5.6.

Joañis de Monginato lib. apparit: flor: coel: doctrinæ, et figurarum B: V: M:

Joannis Monachi de Monginato Benedictini non procul a Carnuto in Francia liber apparitionum et visionum B: V: Mariæ. Titulus est: "Incipit liber apparicionum et visionum beate et intemerate" &c. Mox subjungitur: "Incipit liber beate virginis gloriose Marie qui liber florum celestis doctrine appellatur ad omnes artes sciendas" &c. In prologo, qui incipit: "Nemo enim lucernam accendit", seipsum nominat, ac de scribendis visionibus rationem reddit. Titulus soepius variat, sic fol. XI. dicit rubrica: "finit liber visionum qui est de reprobacione artis notorie et de presentis artis revelacione sequitur tunc liber virginis Marie" &c: Fol. XIV. rubrica est: "Incipit liber de gracia domini"; ita vocat collectionem variarum precum ad obtinendas visiones, artes, et scientias v: g: Rhetoricam, Dialecticam, Astrologiam &c: magistrorum. Fol: LII. denuo mutatur titulus, nempe: "Hic incipit liber figurarum beate Marie virginis" &c: de quo dicit: "Anno incarnacione dominice M CCC XV Idus Augusti circa vesperas incepi librum istum"; ex quo ætas authoris dignosci potest. Ultimo tamen folio iterum dicit: "In hac nova compilacione (a) duo nomina ponimus, scilicet librum florum doctrinis (æ) celestis appellamus." Coeterum codex summe vitiatus est, opus ipsum autem partus stolidi, ac fanatici hominis: Extat quoque apud Scotos Viennæ

(a) Author nempe secundis curis hoc opus recognovit.

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 273**
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 172.



Auct: ut refert Krauwius p: 202.

# Cod: CCLXXIV.

Chartac: 4. Saec: 15. B 5.7.

1. Fol: 1–68.ᵃ

Alberti M: tractatus de abundantia exemplorum.

Alberti M: tractatus de abundantia exemplorum. Incipit prologus: " quoniam plus exempla quam verba movent." Prima autem partis capitulum primum: " Species timoris dicuntur esse septem." Totum septem absolvitur partibus. In fine additur: " Et sic est finis hujus tractatuli quem compilavit Albertus magnus Ratisponensis episcopus ipsum appellavit de habundancia exemplorum." Sed a nemine, quantum scio, praesens tractatus Alberti operibus accensetur.

2. Fol: 69ᵃ–116ᵇ.

Jacobi de Voragine Legenda aurea abbreviata.

Legenda Jacobi de Voragine aurea abbreviata. Absque omni inscriptione incipit: " Adventus Xti agitur per 4ᵒʳ ebdomadas." Praesens scriptum nil aliud esse, quam toties decantatam Jacobi de Voragine Legendam auream (seu Hist: Lomb:) collatio me docuit. Loquitur de ea Auctif: T. I. p: 456. Verum hucusque abbreviator anonymus eruditos latet.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 273

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27625

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)